16 Item † adde, quod iudex in crimine falſi poteſt inquirere etiam poſt tempus datum à ſtatuto, ſecundum Marſilium in ſing. 507.

17 Item † adde, ſi ſtatutum, quod iudex non poſſit cognoſcere de maleficijs commiſſis ſex menſibus ante introitum officij, debet intelligi de delictis, quæ non durant, ſed momento fuerunt expedita, vt ſunt homicidia: ſecus ſi delicta durant, vt ſunt furta, Bart. Alexā. & alij in l. cum, qui, §. in popularibus ff. de iureiu. & ideò iudex poterit inquirere, etiam ſi furtum commiſſum fuerit ſex mēſibus ante introitum ſui officij: & idē erit de teſtamento falſo, vt per Garg. conſ. 124. nume. 17. vol. 1. inter conſil. crimin. diuerſ. & de prædictis latè per Lazar. Feruit. in tract. de momento temp. c. 10. num. 38. *Baiard.*

h *Hæc etiam præſcriptionis exceptione.*) Adde

18 † quid ſi officialis nō ſteterit ad ſyndicatū, nec abſolutoriā habuerit, an perpetuo, vel ſecundum naturam actionum conueniri poterit in patria ſua de geſtis in officio, latè lo. Ant. de Nigris ſuper cap. Regni cap. 132. numero 18. ſub rubric. de ſyndicatu. *Baiard.*

i *In ſyndicatu.*) Vide tamen Marſil. in rubri. de fideiuſſ. numer. 212. & in quantum dixi ſupra, uerſ. ſed hæc, quod actiones ciuiles, quæ ex crimine deſcendunt, durant tantum uſque ad 30. annos, adde Alexand. conſ. 16. ſub nu. 25. ad fin. lib. 5. declarantem, quod actio, quæ poteſt dari cōtra tertium detinentem rem pertinentē ad ciuitatem, tollitur ſpatio triginta annorum, id intelligi contra illud, qui non habet titulum à ciuitate, tu dic, ut ibi, eueniente cauſa. *Drogh.*

K *Querelæ non fuerunt porrectæ.*) Adde, quod tempus, intra quod debent porrigi querelæ, ſolet eſſe dierum quinquaginta, ſupra q. 31. uerſ. Præterea. *Drogh.*

19 l *Alia etiam eſt defenſio.*) Adde, † an huiuſmodi inſtantia pereat, quando fuerit proceſſum per inquiſitionem, & an inſtātia per lapſum biennij pereat, & omne ius, uel de nouo poſſit accuſari, uel diffinitiuè ſit abſoluendus, & an competat reſtitutio parti, uel fiſco, uide per Grammat. in uoto 31. ubi pleniſſimè, & an currat in conciſtorio Principis, Benintend. in deciſ. 76. numero decimoquarto, ubi dicit, quod cauſæ criminales terminantur biennio, ſiue procedatur per uiam accuſationis, ſiue inquiſitionis, uide etiam per Carrer. in pract. crimin. in §. obſeruare, num 369. & Carau. in rit. 248. ubi multum diffusè hanc tractauit, & ibi etiam poſuit, quomodo in
20 † Regno Neapolitano procedatur circa peremptionem inſtantiæ, & quid ſeruatur, & inſtantia ſtatuti currit in cauſa
21 † inquiſitionis, ſicut inſtantia iuris communis. Berous in cap. uenerabilis, numero 79. de iud. & ibi, numero 37. an contra

6 *Hæc [h] etiam præſcriptionis exceptione tueri ſe poteſt iudex exiſtens [i] in ſyndicatu: tam lapſo tempore, quod præfigi ſolet in edictis ſyndicatorum ad querelandum, non poteſt vlterius moleſtari non modo in ipſo loco officij, ſed neque etiam in eius propria patria. Et ita communiter tenetur, vt dicit Ferret. caut. 14. ver. & circa iſtam. Hæc autem concluſio, quando iam ſecuta eſt abſolutio, non videtur habere multum difficultatis, prout etiam ſe obtinuiſſe in facti contingentia atteſtatur Alexan. in Apoſtil. ad Bart. in l. 2. ſub num. 6. ff. ad leg. Iul. repetund. prout illum refert Paris Tut. de ſyndic. fol. 137. num. 1. in fin. Sed certè idem etiam dicendum eſt, ſi non ſit ſecuta abſolutio; & ita vtroque caſu hanc eſſe communem opinionem atteſtatur Boſſ. in tit. de official. corrup. pec. num. 32. Et refert idem Paris de ſyndic. fol. 142. poſt num. 7. quod vidit multos officiales euaſiſſe ſyndicatum, & fuiſſe abſolutos, quia [k] querelæ non fuerunt porrectæ in tempore banni: & ita quotidie practicari atteſtatur Anton. Gomeſ. c. 1. delictorum, nu. 23. in fi.*

7 *Vnum tamen ſcias in hoc propoſito, quod ex maleficijs, de quibus obſtante curſu temporis, non poteſt cognoſci: poteſt iudex alia maleficia, de quibus cognoſcere poteſt, aggrauare, & in maiori pæna punire. Et ita communiter dicitur, vt atteſtatur Nellus de bannitis, in ſecunda parte primi temporis, quæſtione 6. ſubdens, quod ita communiter ſeruatur per aſſeſſores, licet dicat, quod de iure id fieri non poteſt, & quod rectores illud ſeruant in animarum ſuarum perniciem. Hanc etiam dicit eſſe communem opinionem, Iaſ. in l. ſi idem cum eodem, ff. de iuriſdictio. omnium iudic. quem refert Villalpand. in repet. l. 22. c. 8. poſt numerū quartum. Vidi, quæ dixi ſupra quæſt. 39. verſic. pro complemento.*

8 *Alia [l] etiam eſt defenſio, qua poteſt reus vti, excipiendo peremptam eſſe inſtantiam cauſæ: nam eo caſu debet abſolui. Et licet in ciuilibus perempta inſtantia actor adhuc audiatur [m] refectis impenſis, vt dixi infra lib proximo; tamen in criminalibus accuſator poſt peremptam inſtantiam non eſt vlterius audiendus. Et ita communiter dicitur, vt atteſtatur Salyc. in l. qui de crimine, poſt num. 8. C. de accuſatio. quem refert Capyc. dec. 206. num. 4.*

9 *Et ſcias, quod licet regulari-*

Clericos, quo tempore finiri debeant cauſæ criminales, & in
22 hac materia † inſtantiæ, uide etiam Franch in deciſ. 250. uol. 2. ubi tenet cauſas criminales omnimodò eſſe finiendas infra biennium, ſublata ſpe prorogationis, diſpenſationis, retractationis, reſtitutionis in integrum, & purgationis moræ, nec ex quauis occaſione, ſiue proxima, ſiue remota ultra biēnium prorogari, ſiue per actorem, ſiue per reum, ſiue iudicem ſteterit, & in fine dicit, quod in Regno Neapol. a Proregibus inſtantia ſine aliqua cauſæ cognitione prorogatur.

23 Item adde, quod † ſi accuſatus, ſiue inquiſitus cōfeſſus fuerit delictū, quod poterit condemnari, non obſtante peremptione inſtantiæ, tamquam notorio cum enim non pereat confeſſio, quę facit notorium vt not. extra de appel. cap. Romana, §. ſin autem libro ſexto. Ideò reus condemnari poterit, quia in notorijs nō requiritur ordo iudiciorum, & facit, quod dicit Innoc. in capit. per inquiſitionem, extra de elect. & in cap. cum ſuper de confeſſ. Et idē eſt, ſi tēpus inſtantiæ eſt præfixum à cōſuetudine, vel à ſtatuto, ſecundum Grāmat. in conſtit. Regni, de deſiſtent. ab accuſatione, in fin. Et an idem ſit in facto confeſſo, quia conuinmax, uide Roland. conſil. 94. uol. 3. & idem eſſet, ſi perempta inſtantia appellationis, ideſt, quod appellatio eſſet deſerta appareret de confeſſione, iudex poſſet condemnare. Berous in capit. uenerabilis, numero 67. circa med. de iudic.

24 Item adde, † corā Principe inſtantiam non obſeruati, ſecundū Calc. conſil. 26. num. 9. & Menoch. de arbitr. iud. q. 8. num. 22. fol. 10.

25 Item adde, † quòd iudex poterit condemnare, & punire cōtumacem perempta inſtantia, qui non obtemperauerit mandato iudicis facto durante inſtantia. Andr. de Iſern. in conſt. in pecuniarijs, & Afflict. in conſt. accuſatorem, nu. 4.

26 Item adde, † prout dicit Afflict. quod nunquam currit inſtantia in cauſa, de qua ſecundum iura, & conſtitutiones, Rex eſt conſulendus, & idem tenet Luc. de Pen. in l. fin. C. de nau-
27 frag. & ibi etiam idem Afflict. dicit, † quod conſuetudo poteſt facere, quod in cauſa non pereat inſtantia.

28 Item adde, † quod fideiuſſio de iudicio ſiſti toties quoties finitur finita inſtantia, Afflictus in conſtitutione ſæpè contingit, numero quarto, & quinto, & Imol. conſil. 47. in caſu permiſſo, & Carau. ritu 44. nu. 12.

Item adde, quod de peremptione inſtantiæ poteſt opponi etiam poſt ſentētiam, Ioſeph Lud. deciſ. 24. inter lucen. & deciſ. 43. in fin. *Baiard.*

m *Refectis impenſis.*) Adde Abbat. in capit. Venerabili, & ibi in addit. extra de offic. deleg. ſupra ad quæſtionem 48. uerſicul. 1. *Drogh.*

Accu-

n *Accuſatorem eſſe mortuum.*] Quid ſi accuſatus ſit mortuus, dic crimen extinctum eſſe, etiā ſi eſſet accuſatus de crimine falſi, vide per Cæpoll. crim. conſil. 25. num. 5. qui num. ſeq. dicit quibus caſibus nō extinctum remanet crimen, accuſatorum morte, quod etiam tradit Iul. Clar. inf. verſ. ſunt tamen. Adde Alb. Gand. de malef. tit. accuſari, quæ perſon. non poſſint. col. 1. *Giach.*

Accuſatorem eſſe mor-
29 *tuum.*) Adde, quod † non procedit quādo accuſatio eſſet ciuilis, quia tunc indiſtinctè tranſit ad hæredes, modo accuſator deceſſerit poſt litem cōteſtatam, vt per Gom. in c. 1. de delict. nu. 85. *Baiar.*

o *Sed hoc intellige.*) Adde, quod hanc reſtrictionē D. Clari, impugnat Farin. q. 4. nu. 32. in fin. vbi dicit
30 † quod hodie de conſuetudine iudex in omnibus delictis procedere poteſt, quinimò hoc eſſe de iure, per text. in l. conſtante matrimonio in fin. ff. de adul. & hoc latè habetur ſupra ad §. adulterium, in princ. in verſ. item adde, quod ſi extaret ſtatutum. *Baiard.*

p *Quæro nunc.*) Farin. d. q. 10. nu. 36. 37. & 48. & nu. 50. & 52. *Roſſ.*

Quæro nunc.) Adde,
31 quod mors † viginti modis probatur, quando agitur de re pecuniaria, ſeu de præiudicio reparabili: ſecus autē, vbi de re graui, ſeu de præiudicio irreparabili, nam tunc plenè mors omninò probari debet, vt per Sebaſt. Med. in tract. mors omnia ſoluit par. 1. nu. 87. cum ſeq. fol. 13. & quomodo mors probari poſſit, vide omninò Maſcard. de probat. cōcl. 1070. & 1071. & 1072.

32 Item adde, † quod licet iudicium regulariter morte extinguatur, tamen hæres accuſati poteſt inſtare & petere à iudice, vt declaret defunctum delictū non commiſiſſe, habita, & recepta ſuper hoc informatione, & probatione vera, & iudex tenetur facere pro euitāda infamia defuncti, & conſeruāda eius memoria, l. ſi filio. § Seias. ff. de adimen. leg. et Gomeſ. de delictis, capitulo primo, numero 83. *Giach.*

ter de iure canonico cauſæ nullam habeant inſtantiam, vt dixi infra libro proximo: illud tamen intelligendum eſt, vt procedat in cauſis ciuilibus, non autem in criminalibus: nam in iſtis tam de iure canonico, quam de iure ciuili petit inſtantia, & in hoc omnes coucordant, vt dicit Anan. in d. c. qualiter, & quando il 2. §. licet autem, nu. 6. de accuſ. In hoc tamen Ducatu hæc defenſio parum prodeſſet: quia in cauſis criminalibus nulla ſeruatur inſtantia, neque iuris cōmunis, neque conſtitutionum, neque ſtatutorum, quinimò ex generali conſuetudine etiam perempta inſtantia poteſt iudex proſequi proceſſum, & ita ſeruat practica, vt dicit Boſſ. in tit. de inquiſitione, nu. 89. qui etiam in tit. de ſent. nu. 108. atteſtatur, quod ordines huius ducatus diſponentes ſuper inſtantia cauſarum criminalium, in practica non ſeruantur, et eſt omnibus notiſſimū.

10 *Pariter etiam poſſet allegare accuſatorem eſſe mortuum, proptereaq; extinctum eſſe, & abolitum ipſius accuſationis iudicium, neque hoc caſu audiendi eſſent hæredes ipſius accuſatoris, ſi vellent uti hæredes accuſationem ipſam proſequi. l. 1. & per totū titulum, C. ſi reus, vel accuſ. mor. fuit. & eſt omnium receptiſſima ſententia, vt dicit Plaza lib. 1. delictorum, cap. 38. nu. 2. Sed certè hæc etiam defenſio non multum prodeſſet; licet enim hoc caſu ſecuta dicatur legitima accuſationis abolitio; poteſt nihilominus iudex ipſe ex officio accuſationem ipſam proſequi et proceſſum perficere, & ita tenent Bart. in l. libellorum, §. fin. num. 5. ff. de accuſat. & ita communiter tenetur, vt ait Corſet. in repert. Abb. in verbo, Abolitio, Anan. in c. crimina poſt num. 5. verſic. his autem præmiſſis, de colluſ. deleg. licet dicat, quod contraria pars eſt mitior, humanior, & benignior, & ita ſeruatur in practica, ut atteſtatur Boſſ. in tit. de inquiſitione, nu. 89. Quæ quidē concluſio hodiernis temporibus nullam habet difficultatem, cum ex generali conſuetudine in omni caſu procedatur per inquiſitionem, ſiue extet accuſator, ſiue non, vt dixi ſupra quæſt. 3. verſic. ſed certè. Vide, quæ dixi inf. quæſt. 58. verſ. & ſcias.*

11 *Quinimo ſi accuſatore mortuo velit aliquis alius accuſationem proſequi, poteſt illud facere, dummodo compareat ad illam proſequendam intra 30. dies, & etiam poſt 30. dies, et ſi uelit de nouo accuſare principaliter, & per ſe, admittitur intra tempus a lege accuſationi præfixum: ita declarat Bart. in l. libellorum, §. fin. nu. 6. ff. de accuſ. & eſt commu. opi. ut dicit Ant. Gomeſ. lib. delictorum, cap. 1. num. 56.*

12 *Sed quid ſi accuſator deſiſtat, nunquid poterit iudex procedere? Reſpon. quod ex quacunque cauſa accuſator deſiſtat, poterit iudex ipſe proſequi proceſſum, et finire. Ita ſentit Bart. in l. libellorū, §. fi. num. 5. ff. de accuſ. & eſt commu. opi. vt dicit Gand. in tit. de tranſact. quem refert Pract. Carer. f. 505. nu. 379. in fi. Aret. in c. licet nu. 22. de accuſ. ſubdens, quod ſeruaretur in practica. Vide, quæ dixi ſup. q. 3. verſ. ſuperſtuaēt, & infr. q. 85. circa princ. Sed hoc intellige, vt procedat in illis caſibus, in quibus iudex ab initio potuiſſet ex officio procedere; alias ſecus.*

13 *Quæro [p] nunc, quid ſi allegetur, & probetur delinquentem eſſe mortuum, nunquid adhuc debet iudex ad vlteriora procedere Reſp. [q] quod non: nam crimen, & pæna per mortem extinguitur, l. defuncto. ff. de publ. iud. et eſt cōmunis concluſio, vt ait Cagnol. in l. pupillum qui, §. in hæredes, poſt nu. 4. verſic. Et prædicta, ff. de reg. iur. Neq. mortuo accuſatore tranſit in hæredes accuſatio, vt eſt text. in l. 1. C. ſi reus, vel accuſator mortuus fuerit. Et hanc dicit eſſe omnium receptiſſimam ſententiam Plaza lib. 1. delictorum c. 38. nu. 2.*

14 *Sunt [r] tamen aliqua crimina excepta, in quibus etiam poſt mortem delinquentis procedi poteſt, ſcilicet hæreſis, & læſæ Maieſta. repetundarum, peculatus, homicidij ſui ipſius ob conſcientiam ſceleris patrati, quos omnes caſus*

q *Quod non.*] Hic cadit pulcherrima, & quotidiana dubitatio; An ſcilicet ſententia in pœna pecuniaria ferri poſſit in perſonam procuratoris effecti domini litis, mortuo reo poſt litem conteſtatā, & de delicto cōuicto, vel confeſſo, an autē ferri debeat in perſonam hæredū vocatorum, de qua nouiſſimè plenè vide, & dic, vt per Oſaſcum Deciſione Pedemont. centeſima quadrageſimanona. *Giach.*

r *Sunt tamen aliqua crimina.*) Farin. q. 10. nu. 42. vol. 1. *Roſ.*

Sunt tamen aliqua crimina.) Adde videndum
33 † Peregrinum de iuribus, & priuilegijs fiſci, libro 4. titulo quinto, num. quinto cum ſequenti, vbi accumulauit decem, & ſeptem caſus, in quibus per mortem delinquentis crimen non extinguitur quoad pęnam reſpectu bonorū fiſco applicandorum, vel reſpectu pœnæ pecuniariæ, & de crimine hæreſis, ita tenet latè Directorium Inquiſitorum part. 2. q. 111. quod procedit in hęretico vero non ſuſpecto. Zāch. de hęretic. cap. 24 num. 2. & in crimine læſæ maieſt. adde Menoch. conſil. 99. & Decian. in conſ. 18. volum. 1. contra Roland. conſilio primo, volumine tertio. Vbi multa de pœna pecuniaria, & tenuit etiā Menoch. in caſu ducenteſimo ſexageſimoquinto, numero vndecimo, pęnas pecuniarias non extingui morte delinquentis. *Baiardus.*

ſ *Homicidij ſui ipſius.*) Hic adde, qua pœna afficiatur mortem ſibi conciſcens, vel vulnus inferēs: quid iure diuino, Pontificio, ciuili, Romano, quidque Græco, eleganter explicatur per Iacobum Menochium de arbitr. iudic. libro ſecundo, centur. 3. caſu 284. *Giach.*

recenſet,

recenſet, & dicit a Doctoribus communiter teneri Ant. Gomeſ. cap. 1. delictorum, nu. 80. de quibus ego ſuis locis tractaui.

15 Scias etiam, quod in omnibus caſibus, in quibus pœna amiſsionis bonorum eſt impoſita a lege ipſo iure, poteſt etiam mortuo delinquente tractari de eo crimine contra hæredes, ad effectum confiſcationis bonorum. Ita dicit gloſſ. in l. 3. §. quod autem. in verbo. Et iam hæredi eius, ff. quod quiſque iur. & eſt communis opin. vt dicit Tiraquell. in repet. l. ſi vnquam, in verbo, Reuertantur, num. 241. C. de reuocan. donat. Iaſ. in d. §. quod autem, num. 2. vbi dicit, quod omnem ita tenent, Didacus in epitom. ſuper 4. decretal. fol. 82. poſt num. 6. Ant. Gomeſ. in loco præalleg. verſic. ſextus caſus, Menchiaca controuerſ. illuſtr. cap. 96. num. 22. & controuerſ. vſu frequentium, cap. 6. num. 15. Vide, quę dixi infra quęſtione 40. verſic. ſed pone. Et quod vbi agitur de pœna pecuniaria, poſsit etiam poſt mortem [u] ſequi condemnatio, modo prius eſſet concluſum in cauſa, [x] conſuluit in facti contingentia, Alba. conſ. 90. tenenturque eo caſu hęredes, probato crimine, non modo bona ipſa fiſco relaxare, ſed etiam omnes fructus per ipſum delinquentem a die commiſsi criminis perceptos reſtituere. Et hęc eſt communis opin. vt ait Diaz. in practica criminali canon. cap. 123. quem refert Didacus in loco præallegato, poſt num. 7. Menchiaca in d. cap. 7. num. 16. Adde, quod non requiritur, quod ante mortem ſecuta ſit declaratio criminis. Et hanc fatetur eſſe communem opinio Boſſ. in tit. de pœnis, num. 34. in fin. licet in tit. de accuſat. num. 34. dicat, quod in hoc Ducatu non obſtante Decreto, cuius virtute bona ipſo iure confiſcantur a die commiſſi criminis, ſeruatur nihilominus, vt requiratur, quod [z] facta fuerit declaratio criminis ante mortem ipſius rei, quod ego etiam ſuper vidi obſeruari, & in ſpecie in bonis cuiuſdam Petri Martyris de Monte, ſcribæ, & ratiocinari in negocio ſalis, qui confeſſus fuerat ſe libros ſuos vitiaſſe, & falſas relationes in fiſci præiudicium feciſſe; cum tamen mortuus eſſet ante condemnationem; re in Senatu diſcuſſa, iudicatum fuit eius bona fiſco non competere, ſed ad ipſius proximiores ſpectare, 11. Auguſti 1552. P. N. Credo tamen, quod hoc de iure vix poſſet ſuſtineri, præſertim in caſibus, in quibus poteſt memoria defuncti damnari; in quibus quidem ego apud nos nunquam hoc vidi deciſum in facti contingentia, & ſi caſus contingeret, fortè non recederem a communi opinione, præſertim cum in nouiſſi-

Scias etiam quod.] Farin. vbi ſupra, nu. 57. & alijs maximè 95. Roſ.

Scias etiam.] Adde, quod idem tenet Iafred. in deciſ. 391.
34 quod pœna, quæ infligitur ipſo iure, † trãſit contra hæredem, etiam lite non conteſtata contra defunctum. Adde, quod Gomeſ. in loco hic allegato tenet, quod in crimine hęreſis poſt mortem, poteſt procedi infra quadraginta annos, & imponitur pęna cõfiſcationis omnium bonorum, quæ nocet hæredibus, & alijs quibuſcunq. poſſeſſoribus per text. in c. 2. de præſcript. in 6. & ibi ad contraria reſpondet, ſed vide quæ poſui ſupra in §. hæreſis ad verſ. Item de crimine hæręſis. Et eſt aduertendum, quod nunquam in dubio pœna intelligitur impoſita ipſo iure, ſed per ſententiam ferendam, Alex. conſil. 103. num. 16. vol. 1. Baiard.

u Sequi condemnatio.) Adde poſt Boſſ. citatum, vide per Oſaſc. ead. deciſ. 149. nu. 6. Giach.

x Conſuluit in facti contingentia, Alba conſ. 90.] Adde quod ibi Alba dicit,
35 † quod contumacia habetur pro concluſione, ſtante ſtatuto, quod contumax habeatur pro confeſſo, & dat formam ſententiæ, vide etiam Menoch. de recuperan. poſſeſſ. remed. 1. num. 159. & conſ. 99. numero 157.
36 Item † adde, quod hæres tenetur ex dolo commiſſo per defunctũ in contractu, vel quaſi cõtractu indiſtinctè, etiam lite non conteſtata cum defuncto, & etiam quod ad hæredẽ nihil peruenerit ex dolo, l. ex cõtractibus, & l. ex depoſito, ff. de actio. & obli. & l. 1 C. ex delict. defun. & gl. ibi Abb. in cap. fin. de ſepult. Franc. Trigint. conſil. 19 nu. 6. & Vgol. conſ. 17. nu. 7. inter conſ. vltim. volunt. Baiard.

y Adde, quod non requiritur, quod ante mortem ſequuta ſit declaratio criminis.]
38 Adde, quod † declaratoria etiam poſt mortem rei fieri poteſt, & ita eſt verior, vt per Nell. de bannitis in prima parte ſecundi temporis, quæſtione 7. Boſſ. in tit de ſentent. num. 47. & Bero. in conſilio 176. numer. 93. volum. 1. quia declaratoria non requiritur ad effectum pœnæ committendæ, & dominij rerum in fiſcum transferendi, ſed tantum ſuper facto, & aduocatione poſſeſſionis bonorum: nam facta declaratione criminis commiſſi, ex tunc retro declaratur, reum ex delicto incurriſſe in pœnas a lege ipſo iure indictas, Abbas in cap. peruenit, de cenſ. Berous in dicto conſilio 179. numero ſexageſimo quinto, ſic etiam contingit in criminibus, pro quibus rei defuncti memoria damnatur, & in his huiuſmodi pronunciatio requiritur, veluti in crimine læſæ maieſtatis, & hæreſis, Rolan. conſilio octauo, numero 8. volum. 3. Burſat. conſilio 43. Menoch. conſ. 99. numero 172. & ita tradit Peregrin. de iure fiſci, libro 4. tit 5. nu. 13.

Adde circa huiuſmodi quæſtionem, ſi pœna non declarata contra auctorem poſſit contra eius hæredem declarari, vide Gabr. concluſ. 35. libro 7. vbi plenè; vide etiam deciſio. Pedemont. 148. vbi tenet, ſententiam pecuniariam mortuo reo poſt litem conteſtatam, modo de delicto confeſſus, aut conuictus fuerit, proferri poſſe, & hoc procedere, ſiue proſe datur per viam inquiſitionis, ſiue accuſationis, & tam in confiſcatione omnium bonorum, ſiue partis, quam in condemnatione facta in quantitate, & hæc eſt communis opinio Burſat. conſ. 77. numero 21. vide etiam Bertaz. conſ. 33. numero quinto, volum. 3. & ibi per Addent. in littera B. & in dicta deciſione Pedemont.
39 habetur etiam, † an ſententia in pœna pecuniaria ferri poſſit in perſonã procuratoris, effecti Dominilitis mortuo reo poſt litem conteſtatam, & de delicto, vel confeſſo, an autem ſeruari debeat in perſonam hæredum mortuorum.
40 Item adde, † quod confeſſio ficta, quæ reſultat ex contumacia, quando tranſit ad condemnationem, pœna tranſmittitur ad hæredes propter ſententiam, deciſ. Pedemon. 106. & Bertazzol. conſil. 83. numer. 31. ſecus verò ſi delinquens ante condẽnationẽ mortuus fuerit, quia tunc hæres non poterit condemnari; morte enim delictum extinguitur, Paul. de Caſtr. in l. trãſigere, n. 9. C. de tranſact. Bart. in l. ex iudiciorum. ff. de accuſat. Ang. Aret. conſ. 71. num. 41. volu. 1. crim. & hoc communiter in palatijs verſatur, vt dicit Ludou. concluſ. 3. libr. primo, commun. verſic. ampliatur nono.
41 Item † adde, quod hæres non tenetur in duobus caſibus: vnus eſt, ff. ſi menſ. falſ. mod. dix. l. ſi ex duobus §. vlt. alius eſt, ff. de tributor. l. illud, §. vlt. & ita tenet gloſſ. magna, in fin. cap. fin. de ſepult. Baiard.

z Facta fuerit declaratio.] Illa ſtat fortaſſis ratio, quia ante ſententiam nullum ius competit fiſco per ea, quæ tradit Neguſan. tractat. de pignor. 4. membr. ſecundę partis, numero 115. ad finem, alias autem vbi imponeretur pœna, ipſo iure attenditur tempus delicti, non autem declarationis, prout etiam ſtante Decreto, de quo infra quæſtione ſeptuageſima-octaua, verſiculo vlterius quæro, attendi ſolet in ſtatu Mediolani tale tempus delicti, & vtique confert hæc practica cum Iure Canonico: Conſtito namque de delicto, ſtatim eſt locus pœnæ, ſed pœna non habet locum ante declarationem

mis conſtitutionibus, in tit. de accuſat. cap. mortuorum, videatur hic articulus relictus diſpoſitioni iuris communis. [a] Scias autem, quod in caſibus, in quibus poteſt damnari memoria defuncti, vel bona poſt mortem confiſcari, illud intelligendum eſt, vt procedat intra quinquennium a die mortis defuncti, non autem vltra. Ita tenet gloſſ. in l. Manichaos, in verbo, Subire, C. de hæret. & communiter Doct. teſte Ant. Gomeſ. in loco præallegato, num. 81.

16 Sed [k] hic incidenter quæro. Pone quod reus, qui eſt de crimine confeſſus, vel conuictus, vel etiam condemnatus, ante executionem moriatur, vel naturali fato, vel quia manus intulerit, quid debet iudex hoc caſu facere? Reſpon. [c] quo ad pœnam corporalem certè non debet vllo modo [d] ſæuire in eius cadauer, neque illud ſuſpendi facere, & aſſeſſores, qui id faciunt, tenentur iniuriarum, & eſt peſſima practica, vt dicit Paris Put. de ſyndic. fol. 315. num. 1. Et hoc eſt commune dictum, vt ait Sapia in l. Imperium, poſt numerum ſeptimum, ff. de iuriſd. omnium iudic. Hanc etiam opin. dicunt eſſe communem ſcribentes in d. l. Imperium, & in ſpecie Curt. iun. num. 35. Igneus in l. 1. §. ſi ſibi manus, poſt num. 46. & 54. ff. ad Syllan. Boſſ. in tit. de accuſatio. num. 33. Nam crimen, & pœna morte delinquentis extinguitur, vt dixi ſupra, verſic. quæro nunc. Et hæc ratio aſſignatur per Doctores communiter, vt dicit Sapia in loco præallegato, numero ſexto. Sed certè quidquid ſit de iure contrarium praxis tenet, & obſeruat, vt ait Igneus in loco præallegato, num. 21. & 42. vbi etiã ſubdit, quod in parlamento Rothomagenſi bis vidit iudicari contra hanc communem opin. Contrarium etiam de facto ſeruari atteſtatur Bal. in l. 2. num. 2. C. qui taſtan. face. poſt. quem refert Marcus deciſ. 953. quæritur de ratione, numero ſeptimo, Imola in cap. Raynutius, numero 144. de teſtam. Cagnol. in l. pupillum qui §. in hæredes, num. 2. ff. de reg. iur. & in famoſis latronibus idem atteſtatur Imola in d. l. Imperiũ, prout illum refert Gigas de crimine læſæ Maieſtatis fol. 137. quæſt. 32. numero quarto. Idem etiam dicit Imola in l. defuncto, num. 1. ff. de publicis iudic. & in l. 1. §. quoties, ff. de iniur. prout illum refert Bertach. in verbo. Cadauera, num. 3. & Ang. de malefic. in verbo, qui iudex videns, num. 43. & Marian. in repet. c. qualiter, & quando, nu. 261.

Idem practicari in regno Caſtellæ atteſtatur Anton. Gomeſ. cap. 1. delictorum, num. 79. referens ſe ita uidiſſe practicari in quodam forenſi in ciuitate Salmaticenſi, qui dicebatur fuiſſe de religione, & monaſterio, & tentaſſe habere acceſſum ad puerum, vt cum eo committeret peccatum contra naturam, & ex indicijs captus fuit, & in carcere ſe ſuſpendit: nam fuit ſtatim publice ductus per ciuitatem, & vias publicas, & igne concrematus. Ita etiam quandoque vidiſſe ſeruari in vilibus, & publicis latronibus, atteſtatur Boſſ. in loco præallegato, & in tit. de execut. ſententiæ, num. 18. Et ego uidi aliquando delinquentes, qui in acto captura a ſatellitibus occiſi fuerant, ſuſpendi ad aliorum terrorem; & hoc quando delictum erat notorium. [i] Similiter vidi ſuſpendi quendum incognitum, qui aggreſſus fuerat quendam, & contra eum ſclopum exonerauerat, licet enim fuiſſet ille incognitus in illa rixa interfectus, iuſſit tamen Senatus illum furci ſuſpendi. Sic etiam vidi alios, qui pendente proceſſu ſeipſos interfecerant, furcis publice ſuſpendi, & in ſpecie quendam Ludouicum Bergaminum, qui poſt confeſſionem delictorum ſeipſum in carcere ſtrangulauerat, 6. Nouembr. 1555. P. N. Et licet Igneus in d. §. ſi ſibi manus. nu. 21. dicat, quod communis praxis, & obſeruantia iudicum eſt, quod eos, qui ſeipſos ex quacunque cauſa occidunt, ſuſpendi faciunt, ex eo quod ſui ipſius homicidæ ſunt, hæc tamen practica apud nos non ſeruatur, niſi (vt dixi) id faciant pendente proceſſu in carcere exiſtentes: nam eo caſu præſumuntur id feciſſe, [g] conſcientia proprij ſceleris, vt dixi infra q. 68. verſ. ſeipſum occidere.

Vlterius quæro, nunquid hæres teneatur [h] ex delicto defuncti. Reſp. quod de iure ciuili non tenetur: nam regulariter pœnæ delictorũ non tranſeunt ad hæredes, l. 1. ff. de priuat. delict. De iure autem canonico tenetur hæres pro delicto defuncti, etiamſi nihil ad eum peruenit. Et ita tenent

com-

nem factam, Beninten. deciſ. 37. nu. 12. & deciſ. 46. in ſin. Drogh.

a Scias autem.] Adde text. 24. q. 2. cap. ſanè, ibi ſi modo conuinceretur, & vide omninò Ang. de Caſtro inter conſil. crimin. diuerſ. conſ. 94. num. 8. & 9. cum ſeqq. vol. 1 Drogh.

b Sed hic incidenter quæro.] Cartar. de execu. ſentent. cap. fin. num. 466. Decian. de crim tom. 2. libro 9. cap. 4. num. 14. Menoch. caſ. 285. de arbit. iudic. Farinac. vbi ſupr. numero 56. Roſ.

c Reſponde, quoad pœnam corporalem.] Adde
42 Menoch. de arb. iud. dicto caſu 285. & latiſſimè per Farin. d. q. 50. nu. 77. cum ſeq. Baiard.

d Sæuire in eius cadauer.] Adde quãdo in mortuos ſæuire liceat, aliqua memoratu digua per Iac. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. centur. 3. caſu 285. Giach.

e In famoſis latronibus.] Itẽ in aſſaſſinis, parricidis, & alijs committentibus grauiſſima crimina, ratione immunitatis ſcelerum, vide per Ludou. Carrer. in pract. crim. §. homicid. vltim. ſub numero 13 Giach.

f Similiter vidi ſuſpendi quendam incognitum.) Adde de incognitis, ſupra q. 4. verſ. quando verò ibi, licet enim ignoretur, infr. q. 89. verſic. ſcias autẽ in fin. At quod iſte incognitus interfectus de iure ſuſpendi non potuiſſet, vide Dec. in l. hæredem, num. 20. ff. de regul. iur. Menoc. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 3. caſu 285. in princ. Drogh.

g Conſcientia proprij ſceleris.] Adde infra quæſtione 60. verſic. prodeſt etiam in ſin. Drogh.

Conſcientia proprij ſceleris.] Adde Menoch. de arbitr. iud. caſu 284. num. 18. vbi tenet, quod iudicis arbitrio relinquitur, an ca-
43 dauer † illius, qui ſibi mortem conſciuit, ſuſpẽdi debeat, & idem tenet in caſu 285. numero ſeptimo, Marſil. in l. fin. nu. 40. ff. de quæſt. Boer. in deciſio. 316. numero nono, & Sebaſt. Medices in Tractatu Mors omnia ſoluit. par. 1. num. 142. vide etiam Farinacium variar. quæſt. in quæſt. 10. numero 77. cũ ſequentibus, vbi latiſſimè. Baiard.

h Ex delicto defuncti.) Adde, atque fuſius vide de iſta quæſt Oſaſc. deciſione Pedemon. 152. per tot. Giach.

Ex delicto defuncti.] Farinac. vbi ſupra, numer. 57. Roſſ.

Ex delicto defuncti.)
44 Adde diſtinctionem, quã † facit Oſaſc. in deciſ. Pedemont. 151. in Terris nõ ſubiectis ratione temporalitatis eccleſiæ, ſeruandum eſſe ius ciuile; in locis verò ſubiectis Eccleſiæ, ſeruandum eſſe ius canonicum, & quando hæ-
45 res † teneatur de delicto defuncti, vide etiã Capr. commun. concluſ. reg. 57. per totam, & latiſſimè per Farinac. variarum quæſt. in quæſt. 10. numero 56. cum multis ſequent. & ibi etiam, quando reus fuerit condemnatus in contumaciam. Baiard.

i De iure canonico.) Adde Gloſſ in capitul. parochiano, de ſepulturis, & gloſſa prima, quæſtione quarta, §. item pacto. Et gloſſ. in dicto capitulo in litteris, de raptor. & Gloſſ. decimaquarta, quæſtione ſecunda, capitulo ſanè, & gloſſa in capitulo Epiſcopus, ibi quæſtione ſecunda. Guot.

Scias